



JOSEPH MANSI

ABRATIUM
EVANGELICUM

TOMO I

BV30

M3

v. 1

1888

007865



1080015165



EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis

R. P. JOSEPHI MANSI

Congregationis oratori

ÆRARIUM
EVANGELICUM

V.
226
No.

R. P. JOSEPHI MANSI
CONGREGATIONIS ORATORII
ROMANI PRESBYTERI

LE^o **ÆRARIUM**
EVANGELICUM >

HOC EST EVANGELIORUM TOTIUS ANNI
IN OMNES DOMINICAS ET FERIAS QUADRAGESIMÆ PER SINGULOS VERSUS IN SENSU LITTERALI, MORALI,
ET ANAGOGICO

ELUCIDATIONES

VARIORUM LOCORUM S. SCRIPTURÆ DIFFICILISSIMORUM DILUCIDA EXPOSITIONE TANQUAM AURIS, SENTENTIARUM
SS. PATRUM PONDERATIS AUCTORITATIBUS VELUT GEMMIS PRETIOSIS ALIISQUE VARIORUM CURIOSISSIMORUM
EX IPSOMET CONTEXTU EVANGELICO DEPRUMPTORUM CONCEPTUUM MORALIUM DIVITIIS
GAZE INSTAR COPIOSISSIMÆ LOCUPLETATÆ.

OPUS OMNIBUS DIVINI VERBI PRÆDICATORIBUS

ANIMARUM PASTORIBUS, SACRÆ SCRIPTURÆ INTERPRETIBUS PERUTILE AC NECESSARIUM, ET EX ITALICÆ
LINGUÆ IN LATINAM CONVERSUM.

EDITIO NOVA

Innumerabilibus aucta divitiis ex aliis ipsius Mansi operibus desumptis, accurate

Z.-C. JOURDAIN
PRESBYTERO

TOMUS PRIMUS



UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
Biblioteca Valverde y Tolosa
PARISIIS

APUD HIPPOLYTUM WALZER, BIBLIOPOLAM EDITOREM
7, VIA VULGO DICTA DE MÉZIÈRES, 7

MDCCLXXXVIII



UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
FONDO EMERITO
VALVERDE Y TOLOSA

44575

BV30
H3
v.1
1888



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

Aureum Opus R. P. MANSI Congregationis Oratorii romani Presbyteri, cui titulus ÆRARIUM EVANGELICUM, sæpe sæpius, sæculis anteactis, prælo submissum fuit, Romæ, Venetiis, Coloniae et aliis locis. Hodie vero difficile reperitur, nec aliud subest Commentarius Evangelicus, ad usum Prædicatorum specialiter scriptus, quem liceat Mansi ÆRARIO legitime conferre, sive Doctrinæ puritas consideretur, utpote Romæ elaboratum, ab uno S. Philippi de Neri ex illustrissimis discipulis, sive multiplicitas, sapiensque simul explicationum et auctoritatum, e fontibus probatissimis Patrum, Doctorum, Theologorum, Interpretum Sacræ Scripturæ desumptarum, delectus.

Quia vero eruditissimus et piissimus Auctor, innumeros scripsit insuper tractatus morales, operæ pretium censuimus, ex ejus immensa MORALI BIBLIOTHECA PRÆDICABILI, nonnullas excerpte margaritas, quibus cum fuerit Ærarius ornatus ac dilatus, utilior simul ameniorque Lectoribus esset. Nulla enim non nisi indigitata, in ipsomet Versuum Commentario, suam invenient enucleationem in ADDITIONIBUS nostris.

Utinam gloriæ Dei, Sacratissimi Cordis Jesu, Beatissimæ Virginis Mariæ Matris nostræ, et animarum saluti, labor noster aliquantulum saltem proficiat. Quod ut ita sit, orate mecum et pro me.

Ambiani, die 2 Januarii 1888.

Z.-C. JOURDAIN.

Presbyter.



007365

AUCTORIS AD LECTOREM PRÆFATIO

Promptuarii sacri quatuor tomos, benigne Lector, pro occurrentibus per annum Sanctorum Solemnitatibus, ante biennium in lucem edens, unicum duntaxat pro Evangeliiis Dominicalibus elucidandis tomum promiseram, neque enim animus mihi erat in Feriarum Quadragesimalium elucidando calami mei industriam extendere. Quia vero post DEI OPTIMI MAXIMI gloriam quam qualicumque opella mea augeri et propagari in toto corde meo unice desidero, tuæ insuper utilitati studiorumque, quæ per Verbi Dei prædicationem in culturam adhibes animarum, commoditati et facilitati promovendæ deservire, opere pretium futurum esse ratus sum, si in hoc ÆRARIUM eas quoque SS. Patrum sententias, locorumque sacræ Scripturæ difficilium, animarumque profectui deservientium explicationes, et qui ad studium tuum promovendum, conceptuum mihi occurrentium varietates, velut amplos thesauros atque divitias congererem et accumularem, quas Evangeliorum per singulas Quadragesimæ Ferias occurrentium explicationi deservituras esse arbitrabar. Quod consilium nostrum tibi minime displiciturum esse confido, cum hac ratione nullum in totius anni curriculo sit Evangelium, quod noster non perstringet commentarius, isque non perfunctorie, obiter, et per transennam, ut aiunt, concinnatus, sed singuli Evangeliorum versus sigillatim a me considerantur, et quæ in iis latent, sive litterales difficultates, sive ad mores fidelium formandos apte allegoriæ ex SS. Patrum sacratissimis pignoribus decerptæ, non vero ex ingenii mei debilitate conflictæ, ut solidius doceas, efficacius persuadeas ac demum de animarum comparato lucro securius triumphes.

Opus hoc de industria ÆRARIUM EVANGELICUM appellatum esse volui, quia vere me dicere posse videor : Protuli de sacræ thesauris *noca et vetera*; siquidem illud probatissimis classicorum, solemniumque interpretum expositionibus raris aptisque Scripturæ sacræ locis, SS. Patrum selectissimis sententiis, necnon conceptuum moralium varietate et multiplicitate locupletare conatus fui. Cosmographorum nimirum consuetudinem imitari studui, qui per puncta et lineas, in Mappamundi expressas, amplas civitates et vasta, ac navigabilia indicant flumina, dum et ego sacrorum Expositorum sectatus vestigia, spiritualium Evangelicorum insinuo documentorum varietatem, et hæc quidem ne tomi in immensum excrescant, magna cum brevitate transeuro, quia hunc mihi scopum et finem propositum habeo, ut currentia nimirum Evangelia obiter materias morales indicando potius, quam prolixius prosequendo transeuram,

quia doctrinas morales in hoc opere obiter tantum insinuat, ampliandi campus ingens subministrabitur in millenis et amplius dudum a me promissis discursibus, quos si studiose pervolveris, nullum mihi dubium est quin singulas in hoc *ÆRARIO EVANGELICO* obiter insinuatatas materias ample satis extendere valebis.

Enimvero sicuti omnem tibi in allegatis Patrum et Doctorum auctoritatibus promitto fidelitatem, dummodo quod typographis et correctoribus valde solemne est, nullum inferant studio et industriæ meæ præjudicium, ita e contra exiguam me curam habuisse profiteor, ut quæ in hisce tomis expono, terso stylo, aut eximia linguæ culturæ, aut exquisita eloquentiæ ornatu in medium proferam, quia materiam duntaxat informem, eamque ad instar copiosæ cujusdam catenæ contextam tibi subministrare contendo, quam tanto tibi acceptiorem gratioremque fore confido, quanto minus in ea, quod a meo ingenio emanarit, es deprehensurus.

Initio quidem dum hæc lucubrationes meas in lucem edidi, soli Italiæ dilectissimæ Patriæ meæ, cui divini Verbi pabulum, pro ratione instituti mei, quod profiteor, quotidie subministro, servire studui, ideoque illas in lingua vernacula Italica typis subjiciendas commisi, sed quæ singularis est Dei communi Ecclesiæ bono prospicientis providentia, Interpretem lucubrationum mearum nactus sum fidelissimum, mihiq; hic Romæ conjunctissimum qui, singulari proximum juvandi tuæque pariter utilitati consulendi studio accensus, hunc sibi laborem vindicare non dubitavit.

Superest igitur, benigne Lector, ut te etiam atque etiam rogem, ut æqui bonique bonam meam, et Interpretis mei consulas voluntatem, nostræque utriusque debilitati compatiens Deum roges, ut vires vitamque utrique eo usque largiatur, donec perficiatur quod reliquum est operis nostri, quod certe nullo alio sum fine aggressus, quam unice, ut supra dixi, desidero, salutis cooperari possim animarum, DEIQUE OPTIMI MAXIMI majori gloriæ adaugendæ subserviam, quæ utique in eo vel maxime elucescit quod instrumento uti dignatus fuerit adeo debili, quale me esse profiteor; verissimum namque est quod scribit Apostolus : *Inferna mundi elegit Dominus.*

APPROBATIO CENSORIS DELEGATI

Ex commissione reverendissimi Patris J. Raymundi Capisacchi, sacri Palatii Apostolici Magistri, ego infrascriptus attente perlustravi opus, cui titulus : *ÆRARIUM EVANGELICUM IN UNIVERSAM QUADRAGESIMAM ET OMNES TOTIUS ANNI DOMINICAS*, ingenti studio admodum Reverendi Patris Josephi Mansi Congregationis Oratorii elaboratum, de quo sane mirandum est, quod in paucos libros integram ferme SS. Patrum, ac probatissimorum Auctorum Bibliothecam feliciter congresserit. Quare concionatorum commoditati, cunctorumque studiosorum utilitati maxime consulatur, ut hoc opus publicæ luci donetur; cum enim nihil contineat sanæ orthodoxæque doctrinæ non consonum; imo cunctis æternæ salutis iter ostendat.

Romæ, in conventu S. Mariæ super Minervam. Die 2 aprilis, 1661.

Ego Fr. **PAULINUS**, S. Theologiæ
Mag. Ord. Prædicatorum.

ÆRARIUM EVANGELICUM, hoc est, Evangeliorum totius anni in omnes Dominicas elucidationis tomos tres, ab Adm. Reverendo, Eximio et Clarissimo viro ac Domino, D. Josepho Mansi, Congregationis Oratorii S. Philippi Nerei utriusque juris Doctore profundissimo, Italice scriptos, in idioma latinum traductos legi, et ob contentam in iis per omnia sanam doctrinam, claras S. Scripture, sanctorumque Patrum expositiones, subtiles et curiosos Auctoris conceptus dignos deprehendi, qui in utilitatem concionatorum et Sacræ Scripturæ studiosorum lucem videant.

Datum Coloniae, in conventu S. Augustini, 1668, 28 Julii.

Fr. JOANNES SCHWEITZER,

Ord. Erem. S. P. Augustini, S. Theol. Doctor et Professor,
Conventus Colon. Prior, m. p.

INDEX AUCTORUM

QUORUM LIBRIS AUCTOR IN COMPILATIONE ÆRARIi EVANGELICI USUS FUIT

- A**
- Abolensis.
Acta Ecclesiæ Mediolanensis.
S. Albertus Magnus.
Alcuinus.
Aloysius Lypomanus.
Alphonsus Salmeron.
Alphonsus Tostatus.
S. Ambrosius.
Ammonius Alexandrinus.
Angelus de Paz.
Anonymus.
S. Anselmus.
S. Anselmus.
S. Antonius de Padua.
Arias Montanus.
Aristoteles Stagyrta Philosophus.
S. Asterius.
S. Athanasius Doct. Eccles. Episc. Alexandrinus.
S. Augustinus Doct. Eccles. Episcopus Hippoensis.
Auctor Operis Imperfecti.
- B**
- Baronius Cardinalis.
S. Basilius Magnus Episc. Cæsariensis in Cappadocia.
S. Basilius Selenus.
V. Beda Monachus Ord. S. Benedicti.
Berengarius Abbas.
S. Bernardinus Senensis Ord. Minor.
S. Bernardus Abbas Claravalloensis.
S. Bonaventura S. R. E. Card. Episcop. Albanensis Ord. Minor.
S. Bruno Coloniensis Patriarcha Carthusianorum.
- C**
- Cæsar Baronius Cardinalis.
S. Cæsarius Arelatensis.
Cæsarius Heistarhaecensis.
Cajetanus.
Cassiodorus.
Catechismus Exeplorum.
S. Chrysologus.
S. Chrysostomus.
S. Clemens Alexandrinus.
Concilium Tridentinum.
Cornelius Jansenius.
- Cornelius a Lapide Societatis Jesu.
S. Cyprianus.
S. Cyrillus Alexandrinus.
S. Cyrillus Jerosolimitanus.
- D**
- S. Damascenus.
Didacus Stella.
Dionysius Areopagita.
Dionysius Carthusianus.
S. Dorothæus.
Drogo.
Durandus.
Dydimus Alexandrinus.
- E**
- Eanodius.
S. Ephrem.
S. Epiphanius.
S. Euchertus.
Eusebius Emisenus.
Eusebius Gallicanus.
Enthymius.
- F**
- S. Francisus de Sales.
Franciscus Titelmannus.
Franciscus Toletus.
S. Fulgentius.
Fulgosius.
- G**
- Gabriel Vasquez.
Goffredus.
S. Gaudentius.
Gillibertus Abbas.
Glossa Interlinearis.
Glossa Ordinaria.
Goffredus Abbas.
S. Gregorius Magnus Papa.
S. Gregorius Nazianzenus.
S. Gregorius Nyssenus.
Gregorius de Valentia.
Guericus Abbas.
Guillelmus Durandus.
- H**
- Haymo Halberstadiensis.
- S. Hieronymus Ecclesiæ Doctor.
Hieronymus Oleaster.
S. Hilarius Episc. Pictaviensis.
S. Hildebertus.
Hugo Cardinalis.
Hugo a S. Victore.
E. Humbertus Ord. Prædic.
- I**
- Idiota.
S. Ignatius Episc. Antioch.
S. Ignatius de Loyola.
S. Ildephonus.
Innocentius III.
Interlinearis.
S. Irenæus Martyr.
S. Isidorus Episc. Hispanensis.
Isidorus.
- J**
- Jansenius, vide Cornelius.
S. Joannes Cassianus.
S. Joannes Chrysost. Episc. Ant.
S. Joannes Climacus.
S. Joannes Damascenus.
Joannes Fernus Ord. Minorum.
Joannes Lorin. Societatis Jesu.
Joannes Maldonatus.
S. Joannes Episc. Hierosolymitanus Ord. Carmelit.
S. Justinus Martyr.
- L**
- Lactantius Firmianus.
S. Laurentius Justinianus.
Laurentius Surius.
S. Leo Magnus.
Lucas Brugensis.
Lucas Vadingus.
Lucius Florus.
Ludovicus Blotius.
Lyrannus, V. Nicolaus.
- M**
- Martinus Beccanus.
S. Maximus Episcopus.
Mediolanensis Ecclesiæ Acta.
Michael Azyanus de Bononia Ord. Carmelitarum.
Michael de Palatio.

N
 Nicophorus Callistus.
 Nicetas.
 Nicolaus Lyranus.
 S. Nilus.

O
 Oenmenius.
 Olesater.
 Oplatus Milevianus.
 Origenes.

P
 Paer.
 S. Paschasius.
 S. Paulinus.
 Paulus de Palatio.
 Petrus Berchorius.
 Petrus Blesensis.
 Petrus Cellensis.
 S. Petrus Chrysologus.
 S. Petrus Dominicanus Carol.
 S. Philippus Nerius.
 Philo Carpathus.
 Plinius.
 Plinius Junior.

INDEX AUCTORUM

Porrecta.
 S. Prosper Aquitanus.

R

Rabanus Archiep. Moguntinus.
 S. Remigius Episc. Rhemensis.
 Richardus a S. Laurentio.
 Richardus a S. Victore.
 Rupertus Abbas Tulliensis.

S

Salmeron.
 Salvianus.
 Santes Pagninus.
 Sedulius.
 Seneca.
 Severinus Boetius.
 S. Severus Sulpicius.
 Simon de Cassia Ordinis Eremitarum
 S. Augustini.
 Speculum Exemplorum.
 Suarez.
 Surius.

T

Tarcagnotus.

Tertullianus.
 Theodoretus Episc. Cyrensis.
 Theodorus Studita.
 Theophylactus.
 Theophilus Antiochenus.
 S. Thomas de Aquino.
 Thomas de Kempis.
 S. Thomas de Villanova.
 Thomas de Vio Cajetanus.
 Titus Dostrensis.
 Toletus.
 Tridentinum Concilium.

V

S. Valerianus.
 Venantius Fortunatus.
 Victor Antiochenus.
 S. Vincentius Ferrerius.
 Vita V. Camilli de Lellis.
 Vita S. Gertrudis Virginis.
 Vita S. Odonis.
 Vita Patrum.

Z

S. Zeno Episcopus Veronensis.

ÆRARIUM

EVANGELICUM

DOMINICA PRIMA ADVENTUS

EVANGELIUM LUC., CAP. XXI, VERS. 25

25. Erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris et fluctuum.

26. Arescentibus hominibus præ timore, et expectatione, quæ supervenient universo orbi; nam virtutes cælorum movebuntur.

27. Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna, et majestate.

28. His autem fieri incipientibus, respicite, et levate capita vestra; quoniam appropinquat redemptio vestra.

29. Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam et omnes arbores.

30. Cum producant jam ex se fructum, scitis quoniam prope est aestas.

31. Ita et vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei.

32. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.

33. Cælum et terra transibunt; verba autem mea non transibunt.

VERSUS 25.

Erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris et fluctuum.

1.—Intervalia excellentiora fidei nostræ mysteria, specialem sancta mater Ecclesia, in imprimendo fidelium suorum mentibus, finalis iudicii tremendo die, industriam adhibet: siquidem annum, qui Ecclesiasticus appellatur, per Evangelia de hoc mysterio diffuse tractantia terminat pariter et hodierna Dominica inchoat, atque insuper feria 2 post Dom. I. Quadrag. illud ipsum iterato proponit. Similiter quando Deus se primitus in totius Universi creatione cognoscendum præbuit, Scriptura sacra illum nobis pariter iudicem exponit; etenim ut Cajelanus acute observat, ubi nostra vulgata legit: *In principio creavit Deus cælum et terram*, in Hebraico textu, loco hujus verbi *Deus*, verbum *Judex* exprimitur, ad denotandum videlicet, quod, idem ille qui tanquam Creator mundum ex nihilo produxit, eundem quoque tanquam Judex in fine sæculorum sit positurus in exterminium. Adhæc in ultimo sermone, quem immediate ante Passionem

suam ad discipulos habuit, primo quidem per varias parabolas, demum vero claris verbis de iudicio finali proluxe disseruit, quando pariter in conspectu Caiphæ tanquam reus iudicandus constitutus fuit, illius quoque mentionem subindicavit; denique post suam in cælos ascensionem, immediate duos Angelos ad idem iudicium intimandum misit, dicentes, *Matt., xxvi, v. 64: Sic veniet, quemadmodum vidistis eum eantem in cælum*, idque nulla alia de causa toties reperitur, quam quia ut S. Paschasius, *Lib. II, in Matt.*, ait: «Judicii timor schola pietatis est.»

2.—Etenim benignissimus Salvator noster, utpote salutis nostræ cupidissimus, nos omnes pro suo in mentes nostras adventu bene preparatos esse desiderat, ne prorsus indigne illum recipiamus; *In adventu summi Regis mandentur corda hominum; ut digne ambulemus in occursum illius*. Hæc autem purificatio a nobis per seriam futuri districti iudicii meditationem secure obtinebitur. Unde Chrysologus, *Serm. lxx*, super illa symboli verba: *Judicaturus est vivos et mortuos*, scribens, dicit: «Si credimus venturum iudicem, innocentes iudici nos præparemus.» David e cujus progenie Re-